

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 19 (1863)

Artikel: Urkundliche Aehrenlese aus den fünf Orten

Autor: [s.n.]

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111692>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 17.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

XI.

Urkundliche Aehrenlese aus den fünf Orten.

1.

1182, 18. Brachm. — 1183, 17. Brachm.

(Spitalbrüder in Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.

Cognoscat presens etas fidelium, simul et successura posteritas, | Lovdowicum quondam nobilem uirum de Malteres, sociata manu collateralis sue Regelindis, annu- | ente filio suo Galthero, allodium suum in scongovwe, tam pro se, quam pro suis, hospitali sanct iohannis | in Hohenrein contulisse, tandemque fratrum illic pro Christo degentium fraternitati assumpto religionis | habitu se sociasse, verum quam disparis erant conditionis non otiosum duximus, quatinus Regelindis | ipsius coniux, et ecclesie Sancti Leovdegarii . ministerialis, iam dictum allodium cum filio suo Galthero resigna- | rent, ut sic liberius prelatis eiusdem ecclesie consentientibus, cui vellent, conferrent. His itaque, ut dictum est, | peractis, Galtherus partem de superstite allodii sui vendidit, resignato tamen prius ecclesie sancti Leovdegarii cuius | erat ministerialis, Concessa itaque sibi venditionis licentia. Wernherus quondam prior hospitalis tunc | vero frater

¹⁾ Von nachstehenden Actenstücken reichten:

Herr Gerold Meier von Knonau sel. Nro. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

" Chorherr J. Nebi Nro. 24.

" Chorherr Th. Stocker Nro. 27.

" Spitalpfarrer P. Bannwart Nro. 35.

" Felix Donat Kyd Nro. 36.

" Archivar J. Schneller die übrigen 25. Briefe.

nanc partem. XII. Marcis comparauit, et eidem domui simul se contulit, sicque prefate domus fratres tam | priorem Levadowici et uxoris ipsius collationem, quam et illorum filii venditionem censualem fecerunt, | et duos denarios eiusdem monete in festiuitate sancti Leodegarii per fratrem domus eidem ecclesie annuatim solvi sta- | tuerunt, et prebendam canonicam ipso die censum deferenti tenentur exhibere. Ut autem ratum et | inconvulsum multa maneat per secula, presenti scripto fideliter commisimus, ipsorumque et nostri impressione sigil- | li roborauiimus. Acta sunt autem hec tempore Abbatis Cvnradi, presente Vlrico ipsius fratre et preposito, | Lvodowico ecclesie eiusdem decano, Galthero custode, Arnoldo tunc fratre, post autem facto preposito, fratribus | Vlrico et Galthero, Wernhero plebano. Presentibus etiam laicis ministerialibus Vlrico et eius fratre | Henrico de tribische, Vlrico sacerdote, Arnaldo et Henrico ipsius fratre de Garthen. Vlrico de Bvorren, | Henrico et Nothgero eius germano de Lithowe, Et alii quam plures quorum nomina per singula enumerare, | uestro foret auditui thediosum supersedere. Facta sunt hec Regnante Friderico Romanorum imperatore, XX. VIII. | imperii sui anno, presidente constantiensi ecclesie Berichtoldo episcopo, Superstite de Habihebvrch Alberto | comite, Et aduocato arnoldo de Rotenbvrch cum filiis suis, in quorum presentia hec omnia sunt confirmata. | Si quis vero huic nostro priuilegio contraire presumpserit, aut rebus priuilegiatis et confirmatis manus | violentas iniecerit, summi pontificis se sciat uinculo nodatum anathematis ¹⁾.

Beide Siegel hängen noch in Bruchstücken.

2.

1226, 5 Christmonats.

(Staatsarchiv Zürich.)

Honorius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis. Abbatii et Conuentui Monasterii | de Capella Cisterciensis ordinis, Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum | est nos facilem prebere consensum, et uota que a rationis tramite non discordant, effectu pro | sequente complere. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis precibus inclinati, personas uestras et | locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum om-

¹⁾ Auch abgedruckt bei Sopp, II. 1. 713.

nibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet, aut | in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione susci | pimus. Specialiter autem de Hoiptinchon, de Rossowe et de Herembrettynchon possessiones ac alia bona uestra, | sicut ea omnia iuste, canonice ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate | apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homnium liceat, | hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contra | ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterano, Nonis Decembris, | Pontificatus nostri anno vndecimo.

Die Bulle hängt an der Urkunde.

3.

1234, 6 Mai.

(Staatsarchiv Zürich.)

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis. Abbatii et Conuentui de | Capella Cisterciensis ordinis Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis | dignum est nos facilem prebere consensum, et uota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postula- | tionibus grato concurrentes assensu, terras, possessiones et redditus de Barro ac alia bona uestra, sicut | ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per vos Monasterio uestro auctori | tate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo | omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu | temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis | dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum | Laterano, Secundo nonas Maii, Pontificatus nostri Anno Septimo. |

Das Sigil. plumbeum hängt.

4.

1240, 20. Christmonats.

(Staatsarchiv Zürich.)

Ne ea que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est, vt rerum gesta literarum testimonio solidentur. Ego igitur Jacobus dictus Molendinarius | notum facio omnibus presentium inspectoribus, quod hereditatem illam in quodam predio in Nordinchon, quam olim Heinricus de Eberatswile, seruus | meus, a venerabili in christo abate et conuentu monasterii de Capella pro summa viginti librarum comparaverat, ad manus meas una cum filiis | suis coram multis honestis, ipso quoque abbate vidente, resignavit. Ego uero predicto abbati et conuentui dictam hereditatem de consensu | et uoluntate ipsius H. et suorum filiorum immo cum ipsis pro eadem summa cum omni iure iuste et legitime resignaui, taliter ipsis me ipsum | obligando, vt si quis ipsos in eadem hereditate molestare attemptaverit, ego pro ipsis tenear respondere. Ne igitur sepedicti Capellenses | in posterum per me vel per meos successores, vel per predictos uel ipsorum successores aliquo ingenio valeant molestari, presentem cedulam | ipsis trado sigilli mei munimine roboratam. Acta sunt hec in Turego presentibus istis. F. dicto Bochulin. Jo. Goltsmit. Jo . Rumere, mi- | litibus. H . dicto Stuzullin, canonico turicensi. H. dicto Milchelin. H. Schuhart. Otto. de Porta. R. Viesto. H. Chemerio. C. Bluni. et quam pluribus aliis, | in vigilia Thome. Anno domini Milesimo, Ducentesimo, Quadragesimo. Jndictione sexta. |

Das Siegel ist dem Briefe angelegt.

5.

1242, im Mai.

(Staatsarchiv Zürich.)

Vniversitati legentium H. miles de Schonenwerth rei subscripte noticiam. Ne ueritati preiudicet falsitas, aut equitati pre- | ualeat iniquitas, rervm gestarum efficacissima perotrarix scriptura implo-randa est. Presentium igitur tenore notum sit illis, quibus | nosse competit, quod ego H. omnem decimam cum schvobvoza in Barro, Inchemberch, Hedelibach, Walterswile, Husen, Obe- | runheinsche, Thvfebechv, Hobtinchon, Vrcelinchon, mihi a Nobili viro R. seniori

Comite de Habesburch iure | feodali donatam, Venerabilibus in Christo Abbatii et Conventi de Capella Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, impedimentis omnibus tam | fravdis quam doli remotis, quam decimam huc vsque absque cuiuslibet contradictionis molestia libere possedi, pleno ab eis ivre amodo pos- | sidendum, totaliter vendidi. Cum ergo attemta dictarum decimarum possessio per iam dicti Comitis manvmissionem plenioriem | sortiri debeat efficaciam, quoniam prefatus Comes in longinquam abiit regionem, suam no-
bis subtrahens presentiam, in fideivssoriam | cautionem predictis fratribus me ipsum, scilicet H. Johannem de Bvttinchon, Jacobum de Chienberch, Walterum de Jberch, Ludovicum de Lieb- | eggo milites, H(einricum) Jvdemanni militis de Turego filium, fide ivbendo fideliter in manibus etiam ipsius Abbatis astrinxí | , promitens insuper, Diethelmum et Berehtoldum fratres milites pincernas de Habesburch eodem vinculo his adiungendos, quatenus | audita se-
pedicti Comitis repatriacione ipsum personaliter adeundum, omni ab eodem nisu petiturus, ut ad valentiam pretii | predicta decima recepti, de meorum proprietate possessionum, cum hoc sit de licencia et voluntate domini mei H(artmanni) senioris | Comitis de Chiburch, sibi de manv mea suscipiendo vsurpet, eodem que mihi denvo ivre quo decimam prelibatam abeo te | nui eandem posessio-
nem conferat, ac demvm iam dicto Abbatii sepedictam decimam libere et absolute in perpetuum iure proprieta- | tis possidendam memoratus Comes de Habesvrch fideliter resignet et condonet. Si vero post ipsius Comitis reversionem su | perior condicio infra vnum mensem effectus complementum quoquaque modo non ha-
buerit, tunc ad predictorum ammonicionem cenobitarum, tam ego | quam prefati milites obsides ivre fideiussorio infra Zvge ac Mellingen oppida residendo manebimus, nunquam recessuri, nisi | forma pre-
scripta debitum secundum quod dictum finem sortiatur. Porro si aliqua difficultas huic negocio prebuerit impedimentum ex inopina- | to emerserit, Ego H(einricus) et B(urchardus) de Liebegge in sanc-
torum reliquiis iurabimus, quia omni studio atque industria pro posse nostro laborabi- | mus ad predictum negocium sine debito termi-
nandum. Alioquin decima mihi vacante dicti fideiussores, qui in-
terim obsidionis vinculo predictis in oppidis ad manendum tene-
bantur astricti nullatenus discedant, quoadusque quadraginta sep-
tem Marcas argenti prelibatis fratibus in integrum resti- | tvam. Jn

maiores igitur cautelam litteram hanc sigillo dicti comitis de Chiburch et meo firmiter communivi. | Anno gratie Millesimo Dacentesimo Quadragesimo Secundo, Mense Maio Acta sunt hec. |

Von den Siegeln sind nur noch Reste vorhanden; von dem Ryburgischen der unterste Theil, von dem Schönenwerdischen das Innere.

6.

1255, 7 Mai.

(Staatsarchiv Zürich.)

Vniversis presentem Literam inspecturis. Decanus in Rische Ordinator deputatus a venerabili patre constantiensi episcopo salutem et subscripte rei noticiam. | Vniversitati vestre presentibus notificamus, quod nos auctoritate et mandato prefati Domini Episcopi de Jure parochiali inhabitancium locum illum, qui vocatur Orreum | juxta Monasterium de capella, Cisterciensis ordinis, et residenciam in Monte Rathelsperc, olim parochianorum fratrum dicti Monasterii, antequam instituta Cisterciensis | ordinis susciperent, qui nullius parochialis ecclesie moderno tempore subditi specialiter dicebantur. Locorum ipsorum positionem et quasdam alias circum stancias | attendentes, sicut rationabilius potuimus cum prudentum consilio deliberatione habita, taliter duximus ordinandum, Quod scilicet prefati habitatores sub cura | Plebani seu vicarii ecclesie in Barro maneant, et ipsam ecclesiam habeant pro matrice, Tribus per Annum precipuis sollempnitatibus tanquam parro- | chiales filii cum debita veneratione vniuersaliter accendentens, toto reliquo tempore in Capella predicto Monasterio contigua diuina si placuerit audi | turi, in Monasterio ibidem in obitu sepeliendi illi dumtaxat, qui personaliter hoc sibi duxerint eligendum Habentes liberam facultatem. Neque du- | rum aut molestum plebani seu vicarii in Barro debent istud reputare vel iniuriosum sibi cum longo tempore idem habitatores et | in morte et in vita tam sepulturam quam alia spiritualia in ipsa Capella antea cepissent alicuius consensu minime requisito; Quicunque | vero in predicto Monasterio sepulturam non elegerint, ad prefatam matricem ecclesiam humananda debent eorum corpora deportari. Ut autem hec | ordinatio perpetua obtineat roboris firmitatem, Sigillo Venerabilis ac Religiosi patris. Abbatis

Sancti Vrbani et nostro presens instru- | mentum non distulimus
communire. Actum Capelle Nonas Maij, Anno domini Millesimo,
Ducentesimo, Quinquagesimo Quinto, indictione decima tertia.

Beide Siegel sind ziemlich beschädigt.

7.

1260, 13 Mai.

(Staatsarchiv Zürich.)

Vniversis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruererint,
Frater Rvodolfus Abbas et conuentus de | Capella Cisterciensis ordinis,
constantiensis dyocesis, salutem in omnium salutore. Vniuersitati
vestre presentibus duximus | significandum, quod Nos de communi
consilio possessiones nostras sitas in Nordinkon, quas nos | a Rvo-
dolfo dicto Sisenger quondam comparauimus, Seruo Monasterii
nostrri Rvodolfo dicto Cenagel et filiis suis | Chvonrado, Waltero,
Volrico, Heinrico et Rvodolfo concessimus, iure hereditario recepta
prius ab eisdem summa | Duodecim Marcarum Argenti ponderis
Thuricensis perpetuo possidendas et habendas; Ita tamen |, quod
in festo Sancti Andree singulis Annis duos Modios tritici censuales
Monasterio nostro | de premissis possessionibus ipsius et sui succes-
sores absque aliqua contradictione persoluant. Si uero | dictas pos-
sessiones aliqua necessitate compellente uendere ipsis contigeret,
nobis easdem si | resumere uoluerimus dare tenentur, quod si no-
luerimus licet ipsis vendere cui uoluerint, saluo | tamen iure nostro.
Huius rei testes sunt Chvonradus ze den Sarbachon, Rvodolfus de
Nordinkon, | Walter uillicus de Rifferswile, Gerungus de Nordin-
kon. Chvonradus de Eberharswile, Berctoldus | de Heinsche, Berch-
toldus de Kussenach, Petrus Faber, et alii quam plures. In cuius
rei | testimonium presentem litteram eisdem sigilli nostri munimine
firmiter roboratam. | Nos uero conuentus predicto Sigillo domini Ab-
batis nostri vtimum, quia proprium non | habemus. Datum Capelle
Anno domini Milesimo, Ducentesimo, Sexagessimo, in die Ascen-
sionis | domini. Indictione tercia. |

Das Siegel hängt an der Urkunde.

1271, im Horn. u. 3 April.

(Staatsarchiv Zürich.)

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenient, Johannes Nobilis de Snabelburch noticiam rei geste. Nouerint quos nosse fuerit | oportunum, quod Ego nomine meo et nepotum meorum videlicet Willelmi et Heinrici, quorum tutor legitimus existo, in remedium animarum nostrarum nostrorumque | parentum fratri Johanni commendatori et fratribus in Hilzchilche, ordinis fratrum Theutonicorum domus Jherosolimitane, Constanciensis Dyoecesis, bona | seu mansum in Ryferswile dictum de Lunchulft, soluentem annuatim duodecim Modios tritici Mensure Turicensis, cum seruis ad eundem | mansum pertinentibus, Et Curtem in Biberse, soluentem annuatim tres modios tritici eiusdem mensure, quam Volricus de Lunchulft ciuis Thuricensis | suique parentes à nobis et nostris parentibus iure feodali hactenus legitime possederunt, siue ipsa bona iure proprietario, uel hereditario, | a quoque Monasterio, seu in feodum ab imperio possedimus, cum ipsi fratres habeant ab imperio priuilegium, quod bona seu feoda ab imperio possint | licite comparare, uel sibi ob piam causam donata recipere, libere nomine meo et predictorum nepotum meorum dono et confero quiete et pacifice | possidenda, retinenda, vendenda et donanda, si viderint expedire. Adhibita omni sollempnitate, que in talibus piis dona- | tionibus de iure uel consuetudine adhiberi consueuit. Renuncians pro me et prefatis nepotibus meis priuilegio in integrum | restitutioni, consuetudini, edicto, edito et edendo, priuilegio impetrato et impetrando, omni fauori legum et Canonum, et omnibus aliis | , per que huiusmodi pia donatio posset reuocari uel impugnari. Testes huius rei sunt Waltherus de Eschibach, Berchtoldus filius suus |, Hermanus de Bonsteten; Hermanus et Vlricus de Rvisegga nobiles. Petrus et Waltherus de Hynoberch, Waltherus de Iberch milites. Johannes | de Waltchilchun, Heinricus | de Iberch domicelli. In cuius rei testimonium presentem litteram prefatis fratribus dono et confero sigillis | videlicet prefati domini Waltheri de Escibach patenter communitam, meo quoque similiter aposito et huic littere apenso. | Acta sunt hec primo Apud Buichein Anno domini Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo

Primo, mense Februario, Indictione decima quarta. Postmodum vero exsti- | terunt Apud Capellam innouata presentibus suprascrip-
tis testibus tertio Nonas Aprilio, Anno domini et inductione pre-
notatis.

Beide Siegel hängen am perg. Briefe.

9.

1283, 25 Brachm.

(Pfarrlade Morschach.)

Bonitate diuina Frater Johannes Lettouien- | sis Episcopus, or-
dinis domus Theutonicorum, vniuersis | Christi fidelibus presen-
tium inspectoribus, salutem in domino salutarem. Nouerint vni-
versi, quod | nos Ecclesiam in Morsach crastino Johannis Bab-
tiste consecrauimus, quadraginta dies | indulgentiarum de peccatis
confessis et satisfacione et penitentia pro eisdem habita indulgen- |
do, quotienscunque dedicationem ibidem contigerit celebrari, dedi-
cationem autem Ecclesie et alta- | ris in festo Beatorum Jehannis
et Pauli Martirum singulis annis a fidelibus celebrandam | duximus
transferendam. Datum et actum in Morsach Anno domini M.CC. |
LXXXIII. Crastino Johannis Baptiste. Indictione XI.

Das Siegel fehlt.

10.

1293, 2 Mai.

(Stiftsarchiv Lucern. L 110.)

Ich Her Bolrich von Rusegge, ein Ritter, kunde allen die
disen brief | lesent ald vernement, daz ich mit rate Hern Bolriches
von Rinach, Hern | Johanses von Hedingen, des Vogets von Ba-
den, vnd ander der Herschete | diener, als ich mich ervarn habe an
biderben Luten, daz ich erlophe vnd | heisse, daz man den Pro-
bst von Lucerren, an Wellen, vnd an Erschazen | vffe alles des
gotshus guote, die er har bracht het, vnd daz gotshus | an finen
zinsen, nieman irren noch bekomberren sol, vnd daz si die spon |
niezen lidig vnd lere. Dar über ze einem vrfunde disen Brief an
der | Herschete stette gib ich in, mit minem Engesigle. Dis be-

schach an dem | Samstage nah Sant Walpurge tage, in dem Jare
do man zalte von | Gottes gebvrte. Tusent zweihundert dru vnd
Nvzig Jar ¹⁾.

Das dreieckige niedliche Rüsegger-Siegel mit dem Einhorn
hängt vollkommen.

11.

1299, 6 März.

(Ritterhaus Leutgern, jetzt Staatsarchiv Argau.)

Ich Her Jacob von Kinach, Ritter, vnd Ich vro Adelheit
sin wirtinne, an vnser iüngstun ordenunge vnd willen, ordenen vnd
sezen Hern Berchdolden ein Ritter, Jacoben vnd Arnolden vnser
süne, Annun | vnd Adelheit vnser Tochtern, vnser erben, an allem
vnfrem guote liegendem vnd varendem, daz wir iezo hein oder
noch gewinnen, Und sezen vnd wellen daz . were daz, daz Her
Berchdold vnser sun der vorgenande vor vns | beiden verdurbe oder
vor einwäderin, daz sinü kind, dü er jeze hat ald noch gewinnet
elichen vnd bi rechter E. den teil erben, den er ze rechte erben
solte, ob er vns über lepte. Und diß ordenunge vnd . gesetzde,
die | wir getan han vor vnserm genädigem Herren, Hern Bolrich
von Landenberc dem probst, Hern Walther von Belthein, Hern
Huge von Ratperc, Hern Johans von Liele, Hern Cuonrat von
Landenberc dem Custer von Bischofphcelle, | Hern Bolrich von Ruoda
Tuomherron ze Münstern in Ergöw, vnd Herrn Rudolf dem Müll-
ler von Zürich einem Ritter, die wir haben, daz si ze gegni werin,
offenen vnd bestäten wir mit dizem brieue, den ich Her Jacob |
besigelt han mit minem ingesigle, dez auch mich vron Adelheit
genueget, won ich enhein ingesigel han. Und bitten die vorge-
nanden gezüge, daz sü ir ingesigel henken an dizen Brief. Diß
geschah ze | Münstern in ergöw vor dem Münster, vor der Notun
Tür vnder dem vorzeichen, do man zalte von vnserj Herren ge-
burt zwelfhundert vnd Nünzeg iare, in dem Nünden iare, in dem
manode marcio, an dem | nächsten fritage vor der altun vahstnacht,
do Inditione waz dü zwelfste. Wir Propst Bolrich von Münstern
in ergöw geküg da vorgenemmet, man ze gegni, da Her Jacob

¹⁾ Auch bei J. C. Kopp abgedruckt. (Urk. I. 46.)

Ritter von Rinach vnd fro Adel- | heit sin wirtinne ir willen vnd
ir ordenunge offenoton vnd faston, als hie vor gescriben ist, vnd
dur ir bette henchen Wir unser ingesigel an dizen brief an dien
vorgescribenen iare, manode, tage, vnd | Indictione. Ich Her
Walther von Weltheim Tuomherre ze Müstern in ergöw der vor-
genande gezüg, waz ze gegni, da Her Jacob Ritter von Rinach
vnd vro Adelheit sin wirtinne ir willen vnd ir ordenunge | offe-
noton vnd faston, als hie uorgescriben ist, vnd dur ir bette hench
ich min ingesigel an dizen brief an dien vorgescribenen iare, Ma-
node, tage, vnd Inditione. Ich Her Hug von Katperc, Tuom-
herre | ze Münstern in ergöw der vorgenande gezüg, waz ze gegni,
da Her Jacob Ritter von Rinach vnd vro Adelheit sin wirtinne
ir willen vnd ir ordenunge offenoton vnd faston, Als hie vorge-
scriben ist, | vnd dur ir bette hench ich min Ingessigel an dizen
brief, an dien vorgescribenen iare, manode, tage, vnd Inditione.
Ich Her Johans von Liele Tuomherre ze Münstere in ergöw der
vorgenande gezüg, | waß ze gegni, da Her Jacob Ritter von Ri-
nach vnd fro Adelheit sin wirtinne ir willen vnd ir ordenunge
offenoton vnd fasten, als hie uorgescriben ist, vnd dur ir bette
hench ich min ingesigel | an dizen brief, an dien vorgescriebenen
iare, Manode, tage, vnd Inditione. Ich Her Chunrat Custer
von Bischofphcelle, Tuomherre ze Münstern in ergöw der vorge-
nannde gezüg, waz ze gegni, da Her | Jacob Ritter von Rinach
vnd vro Adelheit sin wirtinne ir willen vnd ir ordenunge offeno-
ton vnd faston, als hie uorgescriben ist, vnd dur ir bette hench
ich min ingesigel an dizen Brief, an dien vorgescribenen | iare,
Manode, tage, vnd Inditione. Ich Her Wolrich von Ruoda Tuom-
herre ze Münster in ergöw der vorgenande gezüg, waß ze gegni,
da Her Jacob Ritter von Rinach vnd vro Adelheit sin wirtinne
ir | willen vnd ir ordenunge offenoton vnd faston, als hie uorge-
scriben ist, vnd dur ir bette hench ich min Ingessigel an dizen
brief, an dien vorgescribenen iare, Manode, tage, vnd Inditione.
Ich Herr Rudolf der Müller | Ritter von Zürich der vorgenande
gezüg, waz ze gegni, da Her Jacob Ritter von Rinach vnd vro
Adelheit sin wirtinne ir willen vnd ir ordenunge offenoton vnd
faston, als hie uorgescriben ist, | vnd dur ir bette hench ich min
Ingessigel an dizen brief, an dizen vorgescribenen iare, Manode,
tage, vnd Inditione.

Hängen noch die drei ersten Siegel. — v. Rinnach, der Löwe; Münster, St. Michael; v. Weltheim, das Lamm Gottes mit dem Fähnlein.

12.

1303, 2 Jänners.

(Archiv Engelberg.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, Cvonradus prepositus totunque capitulum Ecclesie Constantiensis subscriptiorum noticiam cum salute. Cum venerabilis pater ac dominus noster | Hainricus dei gratia Constantiensis episcopus nobis, ecclesie nostre, vsibusque communibus nostri capitulo multiplices permotiones et vtilitates im- penderet fructuose, Nos uolentes | eidem liberaliter in suis petitio- nibus subvenire, eisque preces nobis directas, vt ei facultatem da- remus applicandi ecclesiam vnicam parochiale quacunque, vsibus Monasteriorum | ecclesiarum vel quorumcunque locorum religioso- rum aut secularium sue diocesis, cuius ecclesie ius patronatus dictis collegiis, conventibus, locis seu personis pertinuerit, prout malue- rit, et sibi expedire visum fuerit, | cum effectu fauorabiliter et li- beraliter exaudire. Deliberatione prehabita diligenti et tractatu sol- lemni premisso qui in hujusmodi negotiis habendus est et premit- tendus iuxta sacrorum ca- | nonum instituta, prefato Domino no- stro Hainrico dei gratia Constantensi Episcopo his in scriptis ple- nam et liberam damus et concedimus, in ipsumque transferimus potestatem irreuocabiliter et fa- | cultatem, ecclesiam quacunque parochiale vnicam dumtaxat sue diocesis quibuscumque collegiis, capitulis, conventibus, Monasteriis, vel ecclesiis aut personis qui- buscumque religiosis vel secularibus, in qua | ius patronatus eisdem vel alicui eorum competit, quo ad temporalia in perpetuum, saluis sibi suisque successoribus et ecclesie constantiensis iuribus episco- palibus et Archydiaconalibus, applicandi, ipsorumque vsibus in- | violabiliter et irrevocabiliter annectendi; eisdem applicatione et annexu perpetuo incommutabiliter ei irrevocabiliter duraturis, Ratum et gra- tum Habituri, quicquid per ipsum circa | premissa ei ipsorum prose- cutionem actum fuerit, statutum, ordinatum, ac etiam consumatum, ita quod super His ipsorumque expeditione et consumatione nullus ad nos vel nostros successores de cetero re- | spicuus haberit debeat re-

quisitio quecunque vel aliquis etiam recursus; Adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollemnitatis debitibus et consuetis. | Et in euidentiam premissorum, ipsorumque inviolabilem et incommutabilem firmitatem, presentes litteras sibi tradimus sigillo nostri capituli communitas. Datum et actum Constantie Anno do- | mini M.CCC tercio, iiiij. Nonas Januarii. In- dictione prima.

Das Siegel hängt zur Stunde.

13.

1303, 8 Hörnung.

(Archiv Engelberg.)

Heinicus dei gracia Constantienis Episcopus Omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Officii nostri pastoralis debitum exigit | et requirit, ut indigenciis locorum religiosorum nobis subiectorum et personarum ibidem existentium pietatis et caritatis visceribus succurramus. Cum itaque | Honorabiles in Christo Ruodolfus abbas et Conventus Monasterii Montis angelorum ordinis sancti Benedicti nostre dyoc. observantie sancte religionis invigilent | et una cum multitudine sanctimonialium ibidem existentium meritis celibis vite prefulgeant, cultuque divino obsecrationibusque et orationibus invigilent ex affectu, | Nos volentes eisdem ipsorumque Monasterio exigentibus meritis eorundem beneficia liberalia impertiri, Ne propter defectum temporalium a divinis obsequiis et devotis orationibus | revocentur. De consensu expresso Honorabilium in Christo. — Prepositi et Capituli Ecclesie nostre Constant. et de ipsorum voluntate libera super hiis in nos translati, Ecclesiam | parrochiale in Buochs nostre dyoc., cuius juss patronatus eisdem Abbatи et Conventui ipsorumque Monasterio dinoscitur pertinere, ipsorum usibus et mense quoad tempora- | lia in perpetuum et realiter anneximus et applicamus, utentibus nobis nostrisque successoribus spiritualibus iuribusque Episcopalibus et Archidiaconalibus in eadem. Ita quod cedente vel dececente | Magistro Volrico dicto Wolfleibsch Canonic Thuricensi, nunc ipsius Rectore, et quotienscumque Curam eiusdem Ecclesie per mortem vicarii perpetui vacare contigerit, dicti. . | Abbas et Conventus ad ipsam coram nobis nostrisque successoribus in perpetuum presentent

sacerdotem ydoneum per nos nostrosque successores sub constitutione prebende honore | ste et debite de Cura animarum ipsius Ecclesie tamquam vicarium perpetuum investiendum , aliis proventibus omnibus et singulis eiusdem Ecclesie deducta prebenda vicaria | rii perpetui , salvis ut premisimus nobis nostrisque successoribus et Ecclesie nostre Constant. iuribus episcopalibus et archydiaconalibus usibus perpetuis dictorum abbatis et Conventus | cedentibus et irrefragabiliter applicandis sine cuiusvis obice impedimenti. Ceterum cum hucusque Rectores Ecclesie supradicte prebendam in eadem Ecclesia constitutam | et dotatam , quam ibidem nunc habet Hartmannus sacerdos de Kavinkon dictus , conferre consueverint ab antiquo , eandem prebendam gracie supradicte per nos facte dictis Abbatii et conventui quoad applicationem Ecclesie memorate in temporalibus ipsis factam de nostri Capituli expresso assensu non includimus , sed eam specialiter et nominatim | excipimus ab eadem , Decernentes presentem per tenorem , ut post decepsum vel cessionem Magistri Volrici predicti , Abbas quicumque pro tempore fuerit in Monasterio prelibato , conferat | prebendam , offerente se facultate in perpetuum persone ydonee prenotatam , eo iure , eaque consuetudine , quibus hactenus per Rectores ipsius Ecclesie , qui pro tempore extiterant , | est collata ; adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitiss et consuetis . Et in evidentiam premissorum omnium et singulorum | ipsorumque perpetuam et inviolabilem firmitatem , presens Instrumentum una cum Instrumento potestatis super premissis in nos translata per supradictum Capitulum | Ecclesie nostre Constant. memoratis abbatii et Conventui tendimus sigillorum nostri et Capituli nostri iamdicti robore communita. Datum et actum Constant. | Anno domini Millesimo CCC⁰. tertio , sexto Idus februarii. Indictione prima —

Das bischöfliche Siegel hängt bereits noch unverfehrt.

14.

1303, 2 März.

(Archiv St. Urban , jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Ich Herr Walther von Arwangen tuon kunt allen die disen brief ansehent oder huerent lesen , dc ich luterlich dur got vnd

vmb miner sel Heil gevrumet han | vnd gestiphstet ein alter in dem Krüzgange des gozhuses von sant vrban, des ordens von zitels, des bystoms von Kostenze, vnd han dar an geben mit | min selbes hant, vnd mit vrow Eliabet von büttichon miner lieben ewirtin, vnd mit Johanses mis suenes Handen, lidechlich ze rechtem wide- men, ein Holz | dem man spricht dü hart, dc min lidich eigen won minen vordern, von dem obrosten wege, der uon arwangen dur gat gegen lagatan, unz an die | lindun, dü da stat zwüschen der almende uon langatan, vnd dem Holzmarch von arwangen, vnd den ob sich vf vnz an die Hophferun, vnd als der | weg uon buzberg von der Hophferun har wider ab gat, vnz an den vorst acher, der da stoset an dc Holz, vnd aber denne, da der vorst acher erwindet, da wider | dur, vnz an den weg, der von arwangen gat dur dc Holz gegen langatan, vnd als dü zechen stant, mit dien es vs gescheden ist. Die han ich ze sant vrban dem gozhus geben also vnd mit dien gedingen, dc der abbet vnd der Conuent von sant vrban iemer me sullen gebunden sin, alle Tage | ein messe zesprechenne ze dem selben altere, so man messe sprechen sol von orden, vnd swie man die messe ein Tag ab liese, so ist man mir oder minen rech- | ten erben, vb ich nuet were, als dich dc bescheche, geualen ze rechter pen zechen phunden, vnd mornendes zwo messe ze sprechenne zen dem vorge- | nande altere. Dc ist ovch gedinget dc der Abbet vnd der Conuent die vor genan- den sullen ellü jar an sant Iacobes des zwelfbotten vnd sant Kath- | therinun tage die selbun messe singen mit vier Herron in die ere der selbon Heiligen, mit dem ampte, dc iewedern des Tages an huoret, vnd ieweders Tages | beidu sant iacobs vnd sant Kath- | therinun ein phunt vmb viſche geben dem sammung in die ere der selbon Heiligen, ub es sin mag, oder dar nach inrunt | drin tagen dien niesten; vnd swie si dis brechen, so sint si mir oder minen erben, vb ich nuet were, dar vmb ovch vmb zechen phunt geualen. Dar zuo | sullen sie alle nacht ein liecht han uor dem uorgenan- den alter. Vnd bescheke aber, dc der abbet vnd der Conuent von sant vrban decheines der gedinge, | dü hie vorgeschriven stant, widerreiden wolten, vnd dü zehen phunt, so si vürschult wurden, nuet geben, vb mans an si vordert, so sol dc vorgenant | quot mir vnd minen erben nach minem tode lidich vnd geualen sint, in allem dem rechte, als ich es des Tages hatta, do ich den vor-

genanden alter da | mit widemta. Und were, dc min erben, an die dc vorgenande Holz vnd guot uallen sol, vb dü Gedinge nuet stete bliben, als si gesezzet fint, nicht | wider vordren welten dur betta oder dur mietta, oder defener schlacte ding uon dien uon sant urban, so mugen dar nach die nun nesten erben suolten | fin, dc selbe guot vordron uon inen vnd mit gedinge an si uallen von ein an dien andern, ub es die erren nicht wider vordron wolten. Dc ich Her Walt- | her von arwangen dis vorgenanden hant gift stete habe, vnd da wider nuet kome, des bind ich mich vnd min erben an disem gegenwuerdigem brie- | fe. Gezuge die har an waren fint, Her Johans uor Kilchen, Her Heinrich uon buettichon, Her Johans uon Buettichon riter vuelli, Her Hartman von ysental, | Her Johans uon buettichon ein Duonherro ze Zouingen, Hartmann von buettichon ein chilfherro ze Ufhusen, Heinrich der vogt uon baden, vnd Johans von | altenbach der schultheze uon Zouingen, vnd ander uil biderber lüthon. Dc dis wahrhaft vnd stete klibe, als es hie geschriven ist, so han ich Her | Walther von Arwangen min ingesiegel an disen brief gehenket, vnd bit ovch die erberren Herren . . den bropst vnd dc Capitel von Zouingen, vnd | Herren Dueringen uon Brandes, dc si mit ir ingesiegeln diesen brief zechennen. Aber wir der bropst vnd dc capitel von Zouingen, vnd uon brandes da vor | genant, hein von der betta Herrn Walthers von Arwangen unsers lieben vründes unsre ingesiegel an diesen brief gehenket. Dis beschach vnd wart | geben ze Zouingen, do unsers Herren Jar Bal waren drü vnd drizen hundert jar, am andern tag merzen.

Hängen alle drei Siegel ziemlich gut erhalten. Zofingen hat den hl. Mauriz zu Pferd.

15.

1306, 2. Christmonats.

(Archiv Engelberg.)

Vniversis Christi fidelibus presentium inspectoribus, Rudolfus divina permissione abbas, totusque Conventus Monasterii | Montis Angelorum Ordinis S. Benedicti, Constant. dyocesis, affectum caritatis cum noticia subscriptorum. No- | uerint quos nosse fuerit oportunum, quod cum dilecta in Christo Adelheidis Conversa dicta

Hasartin de | Thurego, que per multa tempora fauore et beniuolentia nostrum extat Monasterium prosecuta, diuino | ducta flamine, nobis et Monasterio nostro donarit et tradiderit centum lib. denariorum vsum in Liceria | ut pretium, quo curtim ze Sempach que dicitur Chilchbuel, a strenuo viro Rudolpho de Schowense | Milite comparavimus, nobis et nostro Monasterio in proprium commodius exsoluere valeremus. Nos accedentes | donationem hujusmodi peccunie nostro monasterio et nobis non modicum fructuosam, in recompensam ipsius do. | nationis promittimus et nos presentibus obligamus, quod singulis annis festo beati Andree eidem Adelheidi | converse, quamdiu vixerit, exsolvamus de Granario nostro, nostris laboribus et expensis et omnino | absque ipsius dispendio, in oppido Lucernensi seu in Buochs, prout ei placuerit, septem Malterae | frumenti Mensure Lucernensis, medietatem in spelta, et reliquam partem in avena. Post obitum | vero ipsius Adelheidis promittimus nos daturos singulis annis festo beati Andree Dilectis in Christo . . | Sororibus Conventus nostri Monasterii duas libras denariorum vsum in curte supradicta, ad vsum vestium | earum, que dicuntur vulgariter Linintuoch. Et ut predicta per nos rata permaneant, et quod singulis annis | eidem Adelheidi, ut dictum est, pensionem predictam exsoluamus, non obstante si ex grandine, aeris | intemperie, gwerra, seu quocunque casu, in dicta curte seu in aliis nostris possessionibus turbaremur, | ad observationem omnium premissorum nos nostrosque successores ac nostrum monasterium presentibus obligamus. | In evidentiam itaque omnium premissorum presentes litteras eidem Adelheidi ac dictis Sororibus Sigillis nostris patenter tradimus communitas. Actum et datum in Monasterio nostro Anno domini M.CCC. sexto, iii. Non. Decembris. | Indictione quinta.

Die Siegel gehen ab.

16.

1318, 9 Februar.

(Kirchenlade Steina.)¹⁾

Reuerendo in Christo Patri domino Petro Ecclesie Nazarensis Archiepiscopo, Gerhardus | dei gratia Constantiensis Ecclesie Epis-

¹⁾ Abgedr. bei Röpp IV. 2. 470.

copus, debitam in omnibus reverentiam et honorem. Ad | laudem et gloriam omnipotentiss domini nostri Jesu Christi, et propter honestatem ac cando- | rem bone fame venerabilis uite uestre, paternitati vestre concedimus, et teno- | re presentium indulgemus, et damus plenariam potestatem, quod in transitu vestro | per partes nostre dyocesis ista vice in eadem dyocesi nostra, nostro nomine, Ecclesias | et Altaria consecrandas consecrare et reconciliandas reconciliare, ac confirman- | dos in fronte homines confirmare licite valeatis. Hiis literis in premissorum | evidentiam Episcopalis nostri Sigilli maioris roboratis signaculo, tantum per vnum | mensem in suo robore duraturis. Datum Constantie vij. Idus Julij. An- | no domini MCCCXVIII. Ind. prima ¹⁾.

17.

1318, 27 Heumonats.

(Predigerfrauen in Schwyz.)

Universis Christi fidelibus has litteras inspecturis, Nos frater Petrus dei gratia Archiepiscopus | Nazarenus, Salutem et pacem in domino sempiternam. Omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi | bonum siue malum prout gessimus, nec non de omnibus male gestis sententiam dolorosam. Igitur | cupientes animabus in hac vita taliter prouidere, ut de bonis operibus salutem in futuro judicio fructum et mercedem recipient centuplicatam, iuxta illud evangelii: Centuplum accipietis et uitam eternam | possidebitis. Idcirco omnibus penitentibus et confessis, qui ad dictum Monasterium in Festis Nativitatis domini, | Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes in singulis festis beate Marie virginis, beatorum Petri et | Pauli, et omnium apostolorum, sanctorum Johannis baptiste et ewangeliste, sancti Michahelis, in festo omnium sanctorum, in | festis patronorum beati Dominici confessoris, sancti

¹⁾ In Folge dessen weihete genannter Erzbischof Peter vorerst die Kirche zu Steina in Ehren der heil. Maria, den rechten Altar zu Ehren der heil. Nicolaus und Catharina, den linken zu Ehren des hl. Jacobs und der drei Rönige, reconcilierte den Kirchhof, und spendet sammt seinem dabei anwesenden Suffraganen Bruder Gwizardus Chomanacensis Episcopus, Ablass. Datum in Switz 1318, 6 Kl. Aug. (27 Heum.) Beide Siegel fehlen.

Petri martiris, sancte Marie Magdalene, beatarum Katherine et Margarethe virginum, in festis sancte Crucis, in Dedicatione ipsius ecclesie et omnium altariorum ibidem constructorum, et per Octauas predictarum | festiuitatum octauas habentium, cum deuotione uenerint, uel manus porrigerint adiutrices. uel sermonem | audierint, de omnipotentis dei misericordia, et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, concedimus nos predictus | Archiepiscopus centum dies de indulgentia, et nos frater Wizhardus eiusdem domini Archiepiscopi vicarius suffraganeus | Kumanatensis Episcopus, XL. dies de iniuncta eis penitentia misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium | mandauius nostrorum sigillorum appensione munimine roborari. Data in Swizia, Anno domini M,CCC,XVIII. Indictione prima, | vi. kl. Augusti.

Beide Siegel hängen.

18.

